

nervus sit Ecclesiastice discipline, & ad continendos in officio populos valde salutaris, sobrie tamen magna circumspectione exerendus est: cum experientia doceat, si temere aut levibus ex rebus iniciatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem parere potius quam saltem. Quapropter excommunicationes ille, quae monitionibus premisis ad finem revelationis, ut ejunt, aut pro desperatis seu substratis rebus, ferri solent, a nemine prorsus preterquam ab Episcopo decernantur: & tunc non alias quam ea re non vulgari, causa diligenter ac magna maturitate per Episcopum examinata, que ejus animum moveat. Nec ad eas concedendas cuiusvis facultatis etiam magistratus auctoritate adducatur; sed totum hoc in ejus arbitrio & conscientia sit possum. Et utique Augustinus lib. de correp. & grat. c. 15. Pona (inquit) excommunicationis nulla major est in Ecclesia. His astupulant regia Francorum edicta, nimirum Caroli IX. in Comitiis Aurelianensis art. 18. & Ludovici XIV. anni 1666.

3. Can. II. Item, sicut antiqui Canones decreverunt, nullus invitatus detur Episcopus; sed nec per oppressionem potentium personarum ad consensum faciendum cives aut clerici, quod dici nefas est, inclinarentur. Quid si factum fuerit, ipse Episcopus, qui magis per violentiam, quam per decrevum legitimum ordinatur, ab indepto Pontificatus honore in perpetuum deponatur.

Cælestinus Papa epist. 2. c. 5. sic decernit: Nullus invitatus detur Episcopus, Cleri, plebis, & Ordinis confessus ac desiderium requiratur.

4. Can. XII. Nulli viventi Episcopo alius superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsan in ejus locum quem capitalis culpa dejecterit.

Et Nicæna can. 8. prohibet duos esse unius civitatis Episcopos, ita quæ èrunt p[ro]p[ri]e[ti]s d[omi]ni e[st]ionis. Ejus canonis Augustinus meminit, cui a se & Valerio sene per ignoriam contraventum fatetur, quando superstite adhuc & fatigante Valerio ordinatus fuit Hipponefus Episcopus: qui postea sub finem vita præcavens diffensiones, ambitus, & profanas largitiones, quæ non raro usuveniebant post obitum Episcopi in electione successoris, Eradum presbyterum adhuc vivens proposuit eligendum, eamque in acta publica electionem referri curavit: sic tamen ut non nisi post mortem suam Eradus ordinaretur Episcopus. Quam eamdem præcautionem habuerat paulo ante Severus Milevitanus Episcopus, eoque defuncto, idem Augustinus Milevitum concéssit, ibique electionem ejus, quem sibi adhuc vivens designaverat successorem, a populo fecit confirmari. Hæc omnia referit Augustinus epist. 110. Quoniam vero ista quoque præcautio posset esse abusiva, & aliquibus periculis obnoxia: nec enim omnes pari cum Augustino sinceritate intentionis aguntur, ejusmodi provisio nem ac nominationem vetant posteriora Concilia, in quibus est Parisiensis quintum anni 615. &c. 2. Toletanum quartum faniens can. 2. Ut nullus Episcoporum se vivente aliud in loco suo eligat. Quin etiam ante Augustini ipsius tempora hoc idem vetum fuerat Antiochenæ Synodi can. 23.

Can. XIII. Ne cui licet res aut facultates, Ecclesiæ, aut Monasteriorum, aut Xenodochis, pro quacunque eleemosyna cum iustitia delegatas retentare, alienare atque subtrahere. Quod quisquis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum Canonum sententias constitutas ab Ecclesiæ liminibus excludatur, quandiu ab ipso ea, que sunt ablata, vel retenta, reddantur.

Hoc idem statuerat Vafensis Concili can. 4. & Melensis can. 17. Et Matisconensis primi can. 4. Et Arelatensis Concili secundi can. 47. & Carthaginensis quarti can. 95. Et Agathensis can. 4. Itemque Aurelianensis III. can. 22.

5. Can. XIX. Quocunque etiam puella seu propria voluntate monasterium experunt, seu a parentibus offeruntur, annum in ipsa, qua intraverunt, vestre permaneant. In his vero monasteriis, ubi non perpetuo tenentur inclusi, triennium in ea, qua intraverint, vestre permaneant: Et postmodum secundum statuta monasterii ipsius, in quo elegerint permanere, vestimentum religionis accipiant. Quæ si deinceps sacra relinquentes loca, propositum sanctum secuti ambitione transcederint, vel illa que in dominibus propriis tam puella, quam vidua, commutatis vestibus convertuntur, cum his quibus conjugio copulantur, Ecclesiæ communione priventur: sane si culpam sequestratione sanaverint, ad communionis gratiam reverentur.

## CONCILII UNIVERSALE V.

Seu Constantinopolitanum secundum,  
anno Dom. 553. habitum.

1. Nestorianam perfidiam & Eutychianam impietatem occumenicam Synodi Ephesina & Chalcedonensis prostravent, non tamen extinxerant, pertinax enim malitia in multorum animis, & virus heretico, & nova in dies factionum molimia perpetim alebat & ascendebat. Dudem etiam exoeti Origenis errores multis locis recrudecebant, unde innumeris per Orientem dissidia & concertationes pullulabant. In hac tamen multiplici heresum colluvie, perfida Eutychiana, que regnante religiosissimo Principe Marciano in multorum animis metu potius quam voluntate repressa latrabat, post illius interitum in tantam prorupit audacia, ut per omnem Asiam & vicinas Europe regiones omni furore & strage graffata sit, tresque Orientis Patriarchias Alexandrinam, Antiochenam, & Constantiopolitanam fidei concurserit: de quibus singulis paucis perstringenda, praesertim ex Liberati Carthaginensis Diaconi Breviario.

2. In primis Alexandria, auditio statim Marciani Augusti & vita discessu, qui dum superstes fuit, Chalcedonensem fidem strenue tutatus fuerat, ea soluti formidine quicunque Dioscoro favebant, caput sanctum extulerunt: precipui horum fuere Duxes Timotheus Elurus, & Petrus Moggus. Hi primum, ut refert Liberatus c. 15. catervis Hereticorum stipati Proterion adorantur. Alexandria Episcopum, ex Chalcedonensi decreto in locum deturbati ea fidei Dioscori subrogatum, eumque in Baptisterio, quo confugerat, latitante jugulant, & flammis injectum in cineres redigunt, quos in ventum dissipant. Aegerrime hoc tulit qui Marciano succederat, Leo Augustus. Nec minus tamen bacchanaliter Alexandria Eutychiani, hortante Timotheo Eluro, qui per vim & orthodoxorum cedes, Patriarchicum thronum dejecto inde Proterio invaserat. Quis etiam post hujus invasoris interitum, per novam obstantem Catholicorum stragem & internacionem tortrandam, projectissime nequitia hereticum Petrum Moggum in ea fidei collocat.

3. Antiochiae vero non segnius infolecebant ejusdem Sectæ gregales, auctore praesertim Petro Cnapho seu Fullone, qui ad Eutychetus dogma heresim adjunxit Theopachitarum, vicesque trisagio addidit, qui p[ro]p[ri]us est pro nobis. Iste concitata adversus Martyrium multitudine Antiochenum Episcopum, illam violentus sedem occupavit. Quam eamdem decursum aliquot alter Eutychiana fecerat propagator insignis Severus invasit, depulito catholicum Præfule Flavio, subnixus favore & gratia Imperatoris Anastasi, qui sublatu & vivis successore Leonis Zenone, Romanum, quid pacifice debuerat, ubique perverbo regimine convellebat imperium. Severus ex ista sic occupata fidei sanctam Chalcedonensem Synodus ausus est anathematizare, Ecclesiæ omnes depulatus est, atque Orthodoxos direptionibus, verberibus, carceribus, exiliis, cædis atrociere divexavit. Et in his trecentos Monachos immaniter excruciatos trucidavit, omniaque luctu, cruento, & cadaveribus fustnavit.

4. Nec minus infestas Eutychianorum furias passa est Constantinopolis Ecclesia: primum quidem sub Acacio, qui Petrum Moggum in Alexandrino Episcopatu retinendo omni prædictio & industria tutatus est: quippe Chalcedonensis fidei proditor diu fallacibus artibus Romanorum Pontificum diligentiam eluit. Deinde sub Anthimo, qui abdicato Trapezunti Episcopatu in sedem Constantinopolitanam involavit, ut primum vacare copit obitu Catholici Episcopi Epiphani, quam violentus invasor deinceps non deflit sua heresi contaminare. Quæ cum graviter ferret Romanus Episcopus Agapetus, qui tum temporis Theodati Gothorium Regis cauda Constantinopolim ad Justinianum Augustum concelebrat, non modo Anthimi salutatione omnique communione abstinuit, sed ipsum, obstante licet Theodora Imperatrice, Patriarchatu dimovit, Menna speciale fidei professio[n]em; tecum illum Theodoreum Mopsuesten honorem habeti voluit, cum de illo nihil propositum aut definitum in ea Synodo fuerit: sed si quæ ejus mentio in his, quæ scriptis Ibas, fuit, ea historice dumtaxat recitata est, quando multa in Conciliis proferri aliquando solent privatorum scriptiones pro rerum occurrentia varietate. Longe quippe distant Synodica disquistio, & simplex recitatio. Si enim de singulis, que facitantur, definendum esset, res in immensum abiens, & Synodis scopus, cui sedulo intendendum est, in diversicula innumeris molestiarum & confusionum plena distracta hæretur. At vero Theodorus Cesariensis in unum illum

scopum